

## DUBIUM II.

De Subjecto, seu suscipiente Eucharistiam.

## ARTICULUS I.

QUAE REQUIRATUR IN EO DISPOSITIO ANIMAE.

255. *De pracepto praemittendi confessionem ad communionem.* — 256. *Qu. 1. An hoc praceptum sit divinum vel ecclesiasticum.* — 257. *Qu. 2. An qui post confessionem recordatur mortalis teneatur ante communionem illud confiteri.* — 258. *Quid, si sacerdos dubitat de peccato commisso. (Remissive ad n. 474, de sacramento Poenitentiae).* — 259. *Non excusat a confessione celebritas, devotio aut paupertas.* — 260. *Excusat vero 1. Periculum mortis, et necessitas ministrandi viaticum. 2. Scandalum aut nota infamiae. Quid, si deferatur viaticum infirmo qui nequit tam cito explere confessionem.* — 261. *Quid, si populus aut ipse sacerdos deberet carere Missa vel communione paschali.* — 262. *Quid, si sacerdos inter celebrandum graviter peccet, vel recordetur peccatum praeteriti, an teneatur confiteri si possit (Vide ibid. Dub. 1).* — *Et an teneatur Missam deserere, si nequeat confiteri (Vide Dub. 2).* — 263. *Quid, si laicus recordetur mortalis in scanno communicantum.* — 264. *Quando censeatur deesse copia confessarii. Et quae distantiā confessarii excuset. Quid, si non adsit nisi sacerdos simplex, vel confessarius excommunicatus, etc.* — 265. *Qu. 1. Quid, si sacerdos habeat peccatum reservatum, et desit confessarius habens facultatem Qu. 2. An teneatur confiteri mortalia iam reservata quam non reservata. Qu. 3. Quid, si habeat excommunicationem reservataam.* — 266. *Qu. 4. Quomodo intelligendum praceptum confitendi quamprimum.* — 267. *Qu. 5. An ad illud teneatur sacerdos celebrans sacrilegio.* — 268. *Qu. 6. An celebrans confessus, et oblitus peccati.* — 269. *Qu. 7. An sacerdos non confessus, qui meminit peccati post consecrationem.* — 270. *Qu. 8. An praceptum confitendi quamprimum obliget etiam laicos.* — 271. *Effectus Eucharistiae.* — 272. *Quaer. 1. An accedere ad Eucharistiam cum veniali habituali sit novum veniale.* — *Qu. 2. An communicans cum veniali actuali peccet venialiter et fructum amittat.*

Concensus mortalium tenet praemittere confessionem.

255. — « Resp. Qui est in mortali, tenetur sub mortali ante sumptionem Eu-  
charistiae confiteri: nisi sit necessitas ce-

lebrandi vel communicandi, et confessarii desit ». [Utrumque enim concurrere debet ad excusandum a confessione, ex

beantur, idcirco curandum est ut sedula ad sacram communionem praeparatio antecedat, et congrua gratiarum actio inde sequatur, iuxta uniuscujusque vires, conditionem ac officia. — 5. Ut frequens et quotidiana communio majori prudentia fiat uberiorique merito augeatur, oportet ut confessarii consilium intercedat. Caveant tamen confessarii ne a frequenti seu quotidiana communione quemquam avertant, qui in statu gratiae reperiatur et recta mente accedat. — 6. Cum autem per spicum sit ex frequenti seu quotidiana S. Eucharistiae sumptione unionem cum Christo adiutoria spiritualem vitam umerius ali, animam virtutibus effusius instrui, et aeternae felicitatis pignus vel firmius sument donari, idcirco parochi, confessarii et concionatores, juxta probatam Catechismi Romani doctrinam (*Part. 2, cap. 4, n. 60*) christianum populum ad hunc tam plium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur. — 7. Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosis institutis cuiusvis generis promoveatur; pro quibus tamen firmum sit decretum *Quemadmodum* diei 17 mensis Decembris 1890, a S. C. Epp. et Regg. latum.

Decretum autem *Quemadmodum*, quod jubetur firmum remanere, haec circa communionem monialium et religiosorum viorum professione ac regimine penitus laicorum, statuit: « Monentur... omnes ut ad sacram synaxim current diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis; et quoties ob servorem et spiritualem aliquis profectum confessarius expedire judicavit ut frequentius accedat, id ei ab ipso

Tridentino]. « Ita Tridentinum<sup>1</sup>, ubi con- trarium docentes<sup>a)</sup> excommunicantur de facto. Fundatur autem in illo I. Cor. xi: « *Probet autem seipsum homo, etc.* — Et parum refert ad proxim, utrum tantum sit praceptum ecclesiasticum an tantum divinum: quod est probabilius<sup>b)</sup>, ut docent Suarez, Filiuccius et alii com- muniter.

*Secus, conscius venialis tantum.*  
« Dixi I<sup>o</sup>. In peccato mortali; tum quia Eucharistia delet venialia ex opere operato; tum quia venialia (esto comitentur, immo reddant venialiter malam ipsam sumptionem) non ponunt obicem gracie sanctificanti. Quod si tamen multa sint, et intra genus suum gravia, de quibus nulla poenitentia concipitur, actualem devotionem et fructum majorem impediunt. — Suarez, Laymann et alii ».

256. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An hoc praceptum praemittendi confessionem ad communionem sit divinum, vel ecclesiasticum?*

In Tridentino<sup>2</sup> sic habetur: *Praesertim, cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non dijudicantis corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus praceptum: Probet... seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscientius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.*

Super autem his verbis, alii, ut Navarrus<sup>a)</sup>, Medina<sup>a)</sup>, Palacios, apud Pa-

<sup>1</sup> Sess. 13, de Euch., cap. 7, et can. 11. — *Suar.*, disp. 66, sect. 3, v. *Dico 3. — Fil.*, tr. 4, cap. 8, n. 211. — *Suar.*, disp. 63, sect. 3, v. *Dico 1*, et resp. ad obj. — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 1 et seqq. — <sup>2</sup> Sess. 13, de Euch., cap. 7. — *Mich. de Palac.*, in 4, dist. 9, disp. 10, ad 1 arg. — <sup>3</sup> Tr. 21, punct. 12, n. 2. — <sup>4</sup> Disp. 66, sect. 3, v. *Dico 3*. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 3. — <sup>6</sup> De Euch., disp. 14, n. 69, 73 et seqq. — <sup>7</sup> De Euch., cap. 11, § 1, n. 2. — <sup>8</sup> De

laum<sup>8</sup>, dicunt praceptum confessionis esse tantum ecclesiasticum; idque inferunt ex verbis illis: *Communicare volenti revocandum est in memoriam ejus* (nempe Apostoli) *praceptum*. Ergo concilium non agnovit praceptum illud esse Christi, sed Apostoli.

Communis tamen et vera sententia, quam tenent Suarez<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Lugo<sup>6</sup>, Concina<sup>7</sup>, Contin. Tournely<sup>8</sup> et Salmant.<sup>9</sup> cum aliis, docet praceptum hoc esse divinum. — Ratio: quia ex una parte constat quod ex pracepto Christi praemittenda est probatio; dum Apostolus testatur illud a Domino accepisse. Ex alia parte, ex eodem concilio clare patet quod haec requisita probatio sit confessio; nam licet rō ejus *praceptum* referatur ad Apostolum (ut probabilius intelligit Lugo): tamen concilium non dixit hoc praceptum confessionis ab ecclesiastica consuetudine introductum fuisse, sed per eam tale praceptum fuisse declaratum; unde ex pracepto divino confessio jubetur. — Neque huic obstat quod dicatur praceptum Apostoli; quia revera est praceptum Christi per Apostolum promulgatum.

257. — Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An, si quis post confessionem recordetur alicuius peccati mortalis inculpabiliter oblii, teneatur ante communionem illud confiteri?* — Et casus est, quando per dolorem universalem peccatum jam sit indirecte remissum.

Prima sententia, inter doctores communissima, affirmat. Et hanc tenent Lugo<sup>10</sup>, Suarez<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>, Bonacina<sup>13</sup>, Concina<sup>14</sup>, Natalis Alexander<sup>15</sup>, Tamburini<sup>16</sup>, Diana<sup>17</sup>, Croix<sup>18</sup>; et Salmant.<sup>19</sup> cum Co-

*Alii dicunt esse praceptum ecclesiasticum.*

*Est revera divinum.*

*Oblitus peccati in confessione:*

*Tenetur confiteri ante communionem, iuxta alios.*

confessario permitti poterit. Verum qui licentiam a confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidiana communionis, de hoc certiore reddere superiorem teneatur; quodsi hic justas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores hujusmodi communiones, eas confessario manifestare teneatur, cuius iudicio acquiescendum omnino erit».

255. — <sup>a)</sup> Seu rectius docere praesumentes.

<sup>b)</sup> Suarez et Filiuccius absolute ita tenent, et non ut probabilius tantum.

256. — <sup>a)</sup> Quidquid asserat Palaus, Navarrus, Man., cap. 21, n. 49, hoc non habet; Joan. Medina, Cod. de Confess., tr. 2, qu. 14, cas. 4, (edit. Ingolstad. 1581: in aliis vero expunctum est) negat ullo pracepto humano aut divino

ninck<sup>a)</sup>, etc. — Ratio, quia id videtur expresse praecepsum in Tridentino<sup>1</sup> ex verbis illis supra relatis: *Ut nullus sibi conscientia peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat*. Ergo qui ante communionem est conscius peccati oblii, debet ex praefato pracepto illud ante communionem confiteri. Tanto magis, quia tale praceptum sic explicatur ab universalis Ecclesiae praxi. — Excipiunt tamen communiter, ut dicunt Concina<sup>2</sup>, Tournely<sup>b)</sup>; Bonacina<sup>c)</sup> cum Suarez, Coninck<sup>d)</sup>, Reginaldo, etc.; ac Tamburinius<sup>e)</sup> cum Henriquez et Victoria, casum, si sine periculo scandali vel infamiae quis non posset confiteri; puta si celebret, vel sit jam in scamno communicantium, a quo non valeat recedere sine nota. Hic tamen sedulo advertendum cum Bonacina<sup>f)</sup>, quod *scandalum* tunc dicitur quando datur occasio detrahendi vel temere judicandi; non vero quando datur solum occasio admirationis<sup>g)</sup>.

*Juxta alios, non tenetur confiteri ante communionem.*

Secunda vero sententia negat. Et hanc tenet Garcia<sup>h)</sup>, Praepositus<sup>i)</sup> (qui saltem speculative loquendo eam enixe tuerit),

<sup>1</sup> Sess. 13, de Euch., cap. 7. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 11, § 1, n. 18; cfr. idem cap. 11, init., n. 6. — <sup>3</sup> Disp. 4, de Euchar., qu. 6, punct. 1, n. 18. — <sup>4</sup> Suar., disp. 66, sect. 4, 3<sup>a</sup>, 4<sup>a</sup> et 6<sup>a</sup> causa. — <sup>5</sup> Regin., lib. 29, n. 105. — <sup>6</sup> Henrig., lib. 8, cap. 46, n. 3. — <sup>7</sup> Victoria, Sum., num. 79. — <sup>8</sup> Loc. cit.

obligationem hanc colligi; et ait satis esse contritionem ad servandum dictum D. Pauli.

<sup>257.</sup> — <sup>a)</sup> Coninck a Salmant. utique citatur, sed citatio non est ad rem: « Quando celebrans (ita Coninck, qu. 80, art. 4, dub. 2, n. 16), post consecrationem recordatur peccati mortalium non confessi..., non tenetur ante communionem confiteri... Quodsi vero sacerdos recordetur se esse in peccato mortali ante consecrationem, teneri confiteri, si sine nota possit ».

<sup>b)</sup> Continuator Tournely, de Euch., cap. 6, art. 3, post concl. 4; Coninck, qu. 80, art. 15, haec habent in universum de causis quae excusant a confessione eum qui accedit ad communionem.

<sup>c)</sup> Tamburinius, Method. expedit. Commun., cap. 1, n. 63, ita scribit: « Solum eos liberandos a praemittenda confessione talis peccati oblitii censeo, qui vel actu celebrant, vel ante altare ad linteum communicantur exspectant; hos enim etiamsi nullam notam infamiae incurvant, non obligo ad recedendum, quamvis brevi reversuros ».

Hieronymus Ferrantinus<sup>6</sup>; item Honoratus Fabri<sup>e)</sup> apud Croix<sup>7</sup>; ac probabilem putant Cornejo et Reginaldus<sup>f)</sup>, apud Diana<sup>8</sup>. Atque mordicus eam novissime tuetur perdoctus Contin. Tournely<sup>9</sup> cum Arriaga<sup>g)</sup>, Gibert<sup>h)</sup> et Pontas<sup>i)</sup>: dicens primam sententiam nulla nisi ratione probabili. — Scio Dianam, licet in seligendis sententiis ut plurimum in benignam partem declinet (et non raro declinat plus quam par est), tamen in praesenti quaestione, suae benignitatis oblitum, hanc secundam sententiam omnino improbabilem vocare; refertque jussu Inquisitionis Hispanicae expunctam eam fuisse ab operibus Patris Cornejo. — Sed hoc non obstante, spectato intrinseco fundamento, haec sententia (salvo meliori sapientiorum iudicio, quibus me submitto) mihi videtur cum Contin. Tournely omnino rationi consentanea. Ratio, quia qui confessionem communioni praemisit, jam implevit praecptum confessionis; vi cujus peccatum oblitum jam est indirecte remissum, et poenitens jam probatus existit. Quamvis autem teneatur ipse peccatum illud deinde clavibus subjecere ante mortem, vel quando urgebit praecptum confessionis; mi-

Secunda  
sententia  
omnino pro-  
babilis.

Difficul-  
tibus satis-  
fit.

nime tamen constat ex Tridentino adesse praecptum, ut statim ante communionem de illo confiteatur.

Dices: In concilio jubetur ut conscius peccati non communicet nisi praemissa confessione, quantumvis sit contritus; ergo qui recordatur peccati oblii ante communionem, debet necessario illud confiteri. — Sed respondeatur quod in Tridentino ibi tantum praecipitur ut poenitens accedit ad communionem justificatus non per solam contritionem, sed etiam per confessionem; at hic jam est etiam per confessionem justificatus, ideoque non tenetur statim ante communionem iterum confiteri.

Praxis autem fidelium quae opponitur, non est habenda ut regula certa obligationis; sed potius ut pius et laudabilis usus, quem ego etiam quam maxime, praecisis circumstantiis, suadendum puto. Nilominus illustrissimus et doctissimus magister meus D. Julius Torni et alius theologus, examinator synodalis in urbe Neapoli, in re morali valde versatus, cum aliis doctis recentioribus a me consultis, mihi affirmarunt hanc secundam sententiam esse valde probabilem.

Quæritur 3º. *An talis poenitens qui recordatur peccati mortalis, inculpabiliter*

<sup>1</sup> Disp. 14, num. 121. — <sup>2</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 48. — Loc. cit. — <sup>3</sup> Lib. 20, n. 289. — <sup>4</sup> Disp. 14, num. 122. — <sup>5</sup> De Praec. Eccl., num. 69. — <sup>6</sup> Lib. 20, n. 290 et 291. — <sup>7</sup> Praepos., qu. 80, art. 5, dub. 3, num. 15. — <sup>8</sup> Gran., in 3 P., tit. 8, sect. 3, dub. 4, 3 causa, v. Colligitur 2º.

*obliti in confessione, et qui confiteri vel nequeat, vel nolit* (juxta mox allatam sententiam in praecedenti Quaestione), *teneatur ante communionem actum contritionis elicere?*

Affirmat Medina<sup>j)</sup>, apud Lugo<sup>1</sup>; et a Diana<sup>2</sup> citantur pro hac sententia etiam Reginaldus, Suarez<sup>j)</sup> et Graffius<sup>j)</sup>. Sed dicunt Lugo<sup>3</sup> et Escobar<sup>4</sup> nequaquam invenisse loca ubi auctores praefati hanc sententiam docuerint. — Alii vero, ut Lugo<sup>5</sup>, Holzmann<sup>6</sup>; Escobar<sup>7</sup> cum Praeposito et Granado; ac [Contin.] Tournely<sup>8</sup> cum Silvio et Quarto, primam sententiam communiter rejiciunt; hac quidem nixi ratione, quia homini integre justificato (ut supponitur) sufficit justificatio sua. Nec ullum appetet fundamentum, unde et ad quid haec contritione requiratur: non ex praecpto, quia hoc nullibi invenitur praescriptum; non ad delendum peccatum, quia hoc jam deleatum est per confessionem antea factam.

« Unde resolvetur:

**258.** — « Qui dubitat an peccari mortali vel an mortale sit rite confessus, tenetur ante communionem confiteri. Ita « Bonacina<sup>a)</sup>, ex Sanchez<sup>a)</sup>, Reginaldo<sup>a)</sup>, « Suarez<sup>a)</sup> et aliis ». — [Sed vide dicenda de Sacram. Poenit., ex n. 473].

<sup>1</sup> Quid in dubio de peccato vel de confessione.

controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 7, n. 14. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 6, art. 3, post concl. 4, quaer. 3. — <sup>3</sup> Silvius, in 3 P., qu. 80, art. 4, quaer. 2, § Petes praeterea. — Quarti, part. 3, tit. 8, sect. 3, dub. 4, 3 causa, v. Colligitur 2º.

nely allegato, Pontas non loquitur de praesenti casu.

<sup>j)</sup> Joannes Medina, Cod. de Poenit., tr. 1, qu. 3, v. Ex dictis sequitur, non in ordine ad communionem, sed in universum docet: « Si peccata prius oblitera postmodum memoriae occurrant, de illis esse necessario dolendum ». — Idemque omnino docent Reginaldus, lib. 5, cap. 3, sect. 3, n. 55; Jacobus de Graffius, Decis. aur., part. 1, cap. 5, n. 26. — Ad cujus praecpti impletionem non satis esse virtualem poenitentiam, docet Suarez, de Poenit., disp. 9, sect. 1, n. 11; et ita etiam a Reginaldo citatur. Unde minus recte isti tres auctores a Diana allegantur.

**258.** — <sup>a)</sup> Bonacina, disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 11, haec docet, « si [dubitans] magis propendeat in hanc partem, ut credat se mortali peccasse vel mortale peccatum confessum non fuisse ». Et ibi citat Sanchez et Suarez. Bonacina, n. 12, addit ad idem teneri « eum

Alii obli-  
gant saltem  
ad contritionem.

Alii ne-  
gant obli-  
gari.

Necessitas  
excusat a  
confessione  
praemittenda.

**259.** - « Dixi II<sup>o</sup>. *Nisi sit necessitas.* « — Non quaecumque, v. gr. festi celebritas, vel magna devotio; ut quidam volunt; [Et ita sentit Armilla; sed oppositum tenendum cum Busenbaum; et Salmant.<sup>1</sup> cum Suarez, Ledesma, Filliuccio, Bonacina et communissima. Sicut neque excusat paupertas sacerdotis celebratur, nisi esset valde gravis; ut ait Croix<sup>2</sup>] — « sed gravis sive urgens, qualis esse censemur in sequentibus casibus, praemissa tamen semper contritione: ad quam tunc teneris, nisi de peccato quod occurrit fueris ante contritus<sup>a</sup>. Praepositus, card. de Lugo<sup>3</sup>.

Periculum mortis.

Periculum scandali vel infamiae.

Angustiae temporis.

260. « 1<sup>o</sup>. Periculum mortis, vel ut conservetur hostia pro morituro<sup>a</sup>. Suarez, Coninck, card. de Lugo<sup>4</sup>. — [Cum Concina<sup>5</sup> et [Contin.] Tournely<sup>6</sup>, et Antoine<sup>b</sup>]. « 2<sup>o</sup>. Si sacrificium vel communio non possit omitti absque gravi infamia vel scandalo. — Idem auctores.

Cum Concina<sup>7</sup> et [Contin.] Tournely<sup>8</sup>: modo confessarius desit. — Vel si confessio ob angustiam temporis perfici non

*Armilla*, v. *Communio*, n. 27. — <sup>1</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 44. — *Suar.*, de *Euch.*, disp. 66, sect. 4, i. f. - *Petrus de Ledesma*, de *Euch.*, cap. 11, concl. 4. — *Fili.*, tr. 4, cap. 8, n. 218. — *Bonac.*, de *Euch.*, qu. 6, punct. 1, num. 26. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 535. — *Praepos.*, qu. 80, art. 5, dub. 3, n. 15 et 18. — <sup>3</sup> De *Euch.*, disp. 14, num. 119 et 132. — *Suar.*, disp. 66, sect. 4, v. *Prima ergo*. — *Coninck*, qu. 80, n. 15. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 107. — <sup>5</sup> De *Euch.*, cap. 11, § 1, n. 18. — <sup>6</sup> De *Euchar.*, cap. 6, art. 3, concl. 4, v. *Dico 2<sup>o</sup>*. — <sup>7</sup> De *Euchar.*, cap. 11, § 1, n. 18. — <sup>8</sup> De *Euchar.*, cap. 6, art. 3, concl. 4, v. *Dico 2<sup>o</sup>*.

**259. - a)** Limitationem hanc omittit Lugo; Praepositus vero n. 15, dicit intelligendam esse nisi jam confessus sit post peccatum patratum.

**260. - a)** Scilicet: periculum mortis sive sacerdotis sive alius.

**b)** Antoine, de *Euch.*, cap. 2, qu. 3, resp. 2, ait censeri urgentem necessitatem, « quando morituro viaticum dare debet et deest hostia consecrata ».

**c)** Jacobus de Granado, quamvis hic a Tamburini citetur, ipse tamen casum praesentem non habet.

**d)** Contin. Tournely, loc. cit., concl. 4, quaer. 1, de casu quo infirmus in imminentia periculo est scribit: « Elicendum est ab eo quidquid poterit, praesertim quoad graviora ». Si vero infirmus sat virium et temporis habet, ut deinceps plene confiteri valeat, sed non possit aliquo legitimo praetextu Eucharistia differri, « conabitur sacerdos, ut in eum plena contritionem accendat et Eucharistiam porrigit; denique, ab aegro sub aliquo solatii

possit; ut Tamburinius<sup>9</sup> cum Granado<sup>c</sup>. Quo casu recte ait Tournely<sup>d</sup> quod si infirmus sit in imminentia periculo mortis, tunc confessarius audiat peccata graviora, et illum absolvat, imposita illi obligatione perficiendi confessionem si convaluerit. — Si vero absit tale periculum, tunc censet Tournely, quod sacerdos conetur ut infirmus eliciat contritionem, et det communionem, si sine infamia non possit communio omitti. Sed melius dicunt Roncaglia<sup>e</sup> et Sporer<sup>f</sup>, et Tamburinius<sup>f</sup> probabile putat, posse tunc dimidiari confessionem, sub eadem obligatione illam postea perficiendi.

**261. - c)** Si parochus debeat celebrare ex officio, ut populus Sacrum audiat. — Ibid.<sup>10</sup>. — [Nec adsit alius qui celebret, ut notant recte Palaus<sup>11</sup>, Antoine<sup>12</sup> et Salmant.<sup>13</sup>; et non possit parochus omittere celebrationem sine infamia].

« Ob quam causam etiam alteri qui non est parochus, id licere putat Diana<sup>14</sup> cum aliis undecim<sup>a</sup>; — contra Palaum, Aversa, etc. » [Qui verius contradicunt<sup>b</sup>]

*Euchar.*, cap. 11, § 1, num. 18. — <sup>8</sup> Loc. cit., v. *Dico 2<sup>o</sup>*, num. 2. — <sup>9</sup> Method. exped. *Commun.*, cap. 1, n. 36. — <sup>10</sup> Id est *Suar.*, disp. 66, sect. 4, v. *Ultima causa*; *Coninck*, qu. 80, num. 15; *Lugo*, de *Euchar.*, disp. 14, num. 114. — <sup>11</sup> Tr. 21, punct. 12, n. 7, v. *Quarta*. — <sup>12</sup> De *Euch.*, cap. 2, qu. 3, resp. 2, v. *Dixi... 4*. — <sup>13</sup> Tr. 4, cap. 7, num. 52. — <sup>14</sup> Part. 9, tr. 3, resol. 9. — *Palaus*, tr. 21, punct. 12, n. 7, v. f. - *Aversa*, de *Euch.*, qu. 8, sect. 6, § *Sexto*, v. *Quod si eodem*.

praetextbox revocatus, integrum, ut poterit, confessionem ejus excipiet et absolutionem largietur ».

**e)** Roncaglia, tr. 19, de *Poenit.*, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 2; Sporer, part. 3, cap. 2, n. 466, id habent non de infirmo solum, sed de quocumque, cui per tempus non liceat integrum confessionem communioni praemittere, absque infamiae nota.

**f)** Tamburinius, *Method. exped. Comm.*, cap. 1, n. 36, de infirmo loquitur, et dicit quodsi periculum imminentis sit, breviuscula confessio accipiatur, ea tamen lege, ut infirmus promittat se, si convaluerit, confessionem perfecturum; si vero nec periculum sit adeo imminentis nec mora sufficiens ad integrum confessionem, eliciat contritionem et communicet sub eadem conditione ac supra: « Haec probabiliter », ait Tamburinius.

**261. - a)** Diana adducit octo dumtaxat auctores, qui hanc sententiam propugnant.

**b)** Scilicet secluso infamiae aut notae periculo.

Obligatio  
celebrandi  
ex officio.

« possit elicere, secundum communem sententiam esset confitendum, vel desistendum: licet Vasquez<sup>1</sup> et Hurtadus<sup>2</sup> putent probabile esse saltem non peccatum mortaliter, quando non potest sine nota recedere; intellige, si conatus sit elicere vel fecit quod potuit. (Vide Diana<sup>3</sup>, card. de Lugo<sup>4</sup>, ubi idem docet). Notat autem Diana ex Praeposito, satis esse si quis bona fide putet se esse contritum, licet subdubitet».

Hic dubitatur<sup>5</sup>. An sacerdos qui inter celebrandum recordatur peccati mortalis, teneatur ante consecrationem, et praesertim ante canonem, interrumpere Missam, accersendo confessarium ut confiteatur, si possit sine nota?

Negant Leander et alii, apud Diana<sup>5</sup>, et dicunt sufficere ut conteratur; quia praeceptum praemittendae confessionis intelligendum videtur ante communionem inchoatam: non enim decet sacrificium inceptum abrumpere.

Sed melius distinguunt cum Busenbaum, Suarez<sup>6</sup>, Lugo<sup>7</sup>; Palaus<sup>8</sup> cum Vasquez<sup>9</sup> et Bonacina<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup>

<sup>1</sup> In 3 P., disp. 207, cap. 1, n. 3. — <sup>2</sup> De Euch., disp. 9, diff. 1, in princip. — <sup>3</sup> Part. 4, tr. 4, resol. 98. — <sup>4</sup> De Sacram. i. g., disp. 9, num. 8. — Diana, part. 9, tr. 3, resol. 19. — Praepos., qu. 80, art. 5, dub. 3, n. 15. — Leand. a SS. Sacr., de Euch., disp. 7, qu. 16. — <sup>5</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 77. — <sup>6</sup> Disp. 66, sect. 4, § Quinta et gravis, v. Dif-

cum Coninck et aliis multis. Et dicunt quod si sacerdos recordetur peccati post consecrationem, tunc Missa non est interrupenda; ut docet etiam D. Thomas<sup>8</sup>, et expressum habetur in rubrica<sup>9</sup>. — Si vero recordetur ante consecrationem, et praesertim ante canonem, tunc debet confiteri si possit; quia, cum talis pars sit extrinseca sacrificio, bene potest Missa interrumpi ob hanc rationabilem causam, ut fieri solet etiam ob concionem vel oblationes populi.

Dubitatur<sup>10</sup>. An sacerdos eo casu ante consecrationem, si nequeat confiteri, teneatur etiam Missam deserere?

Negant Palaus<sup>10</sup>, Suarez<sup>11</sup> cum S. Bonaventura, Victoria, etc.; ac Navarrus<sup>12</sup>, ubi ait quod sacerdos peccatum adverens post inchoatam (Missam) non debet... desistere, etiamsi absque scandalo posset. Ratio, quia, licet illa prior pars non sit de substantia sacrificii, est tamen ex institutione conjuncta sacrificio per modum unius actionis sacrae; et ideo, postquam est inchoata debet absolves. — Sed probabiliter affirmant Lugo<sup>10</sup>; et Tournely<sup>11</sup>.

ficitas. — <sup>7</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 49 et 50. — Coninck, qu. 80, n. 16. — <sup>8</sup> 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2. — <sup>9</sup> Tit. de Defectib., viii, n. 4. — <sup>10</sup> Tr. 21, punct. 12, n. 7, v. Tertia. — <sup>11</sup> Disp. 66, sect. 4. — Difficultas vero. — S. Bonav., in 4, dist. 13, dub. 1. — Victoria, Sum., de Euch., num. 79. — <sup>12</sup> Man., cap. 25, n. 76.

S. Doctor  
distinguit.

b) Lugo, de Euch., disp. 14, n. 113: « Semper... judicandum est, inquit, non teneri ad confessionem, quando absque nota confiteri non potest. Non est ergo recurrentum ad Missam jam inchoatam». Et paulo inferius addit: « Si tunc [post consecrationem] posset absque nota confiteri ante communionem, deberet id facere; atque ideo in tantum potest progreedi absque confessione, in quantum non potest absque nota accersere confessarium».

c) Palaus, tr. 21, punct. 12, n. 7, v. Tertia, scribit: « Rectius... alii hanc excusationem non admittunt, casu quo absque nota possit celebans confessarium vocare, eique ad altare accedenti breviter confiteri.... Sic Vasquez.... Bonacina..., praecipue cum ex variis causis maxime ante consecrationem soleat sacrificium interrumpi». — At Vasquez, disp. 208, cap. 2, n. 11: « Qui positus jam in altari, inquit, ad celebrandum, alicujus peccati mortalis recordatur..., non debet discedere ab altari, neque vocare confessarium, etiamsi copiam illius habeat, ut ibi eum audiat; et hoc

sine exceptione credo servandum esse, quia vix ullus accidere potest casus, in quo si id faceret, sacerdos notam aliquam infamiae non incurreret. Nec vero [n. 12] ad hoc opus est distinguere tempus Missae ante consecrationem vel postea».

d) Bonacina, qu. 6, punct. 1, n. 15, dicit eum teneri vocare confessarium, si commode et sine scandalo possit, et subdit: « Addo confessionem faciendam esse, etiam si forte sacerdos... post consecrationem vel recordetur alicujus peccati mortalis antea commissi».

e) Lugo, disp. 14, n. 113, ut superius notatum est, negat recurrentum esse ad rationem Missae jam incepae, et sic prosequitur: « Si enim Missa incepit ante consecrationem posset discedere ad confitendum, deberet id facere; si posset item post consecrationem accersere sacerdotem, cui confiteretur, deberet id facere; quia vero neutrum potest vix fieri unquam absque nota, non obligatur».

f) Contin. Tournely, de Euch., cap. 6, art. 3, concl. 4, v. Dico 2, resp. 2, ita docet

Si recordetur post consecrationem, non confitendum.

Si ante consecrationem, confitendum si possit.

Probabiliter, non certe.

Si non possit, prosequenda Missa juxta alios.

Probabiliter a Missa desistendum.

cum Silvestro<sup>13</sup>, Silvio<sup>14</sup>, etc.; ac D. Thomas<sup>15</sup>, ubi dicit hanc opinionem esse tutiorem. Idque confirmat rubrica<sup>16</sup>, ubi sic habetur: *Si in ipsa celebratione Missae sacerdos recordetur se esse in peccato mortali... (aut) se esse excommunicatum vel suspensum, aut locum esse interdictum... Ante consecrationem... si non timeatur scandalum, debet Missam incepitam deserere. Dixi probabiliter, non certe; nam certum non est an rubrica sub verbo debet imponat praeceptum grave.*

Caeterum bene advertunt Tournely; et Palaus<sup>17</sup> cum Vasquez<sup>18</sup> et Laymann<sup>19</sup>, quod eo casu vix nota infamiae vitari poterit.

263. — « 6°. Si in scamno communicantium recorderis peccati mortalis quod oblitus es confiteri, nec sine nota aut scandalo gravi possis recedere; ut habet Navarrus, Filiuccius, card. de Lugo<sup>20</sup> et alii. — [Cum Salmant. et commun. Vide dicta n. 258].

« Porrigenti autem Eucharistiam confiteri non expedit nec decet: quo casu, etiamsi ne possis quidem elicere contritionem, excusat a peccato Hurtadus<sup>21</sup>. — [Modo coneris conteri; ut Vasquez<sup>22</sup>, Lugo<sup>23</sup>, etc., apud Croix<sup>24</sup>. Sed vide dicta hoc Lib. VI, n. 33].

<sup>13</sup> Part., qu. 83, art. 6, ad 2. — <sup>14</sup> Tit. de Defectib., viii, n. 4 et 5. — <sup>15</sup> Contin. Tourn., de Euch., cap. 6, art. 3, concl. 4, v. Dico 2, resp. 2. — <sup>16</sup> Navar., Man., cap. 21, n. 49, i. f. — <sup>17</sup> Fill., tr. 4, cap. 8, n. 215. — <sup>18</sup> De Euch., disp. 14, n. 112. — <sup>19</sup> Tr. 4, cap. 7, num. 47. — <sup>20</sup> De Euch., disp. 9, diff. 1, v. Ex his igitur et similibus. — Coninck, qu. 80, n. 23. — <sup>21</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 32. — Palaus, tr. 21, punct. 12, n. 6.

de eo qui in sacello vel in ecclesia coram uno aut altero Missam celebrat.

g) Silvester et Silvius male citantur a Contin. Tournely. — Silvester enim, v. Eucharistia II, qu. 7, scribit quod si ante consecrationem recordetur, « prosequi debet Missam inchoatam, etiam si sine scandalo posset dimittere». — Silvius pariter, qu. 80, art. 4, quaer. 2, cas. 3: « Si absque nota confiteri nequit..., potest... sacerdos Missam cooptam perficere».

h) Palaus, ut superius dixit S. Alphonsus, negat teneri Missam deserere; sed hic loc. cit., dicit ex Vasquez et Laymann vix excusari posse a nota et infamia, si sacerdos ab altari descendat ut querat confessarium. — Et Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 5, i. f.

« Vix unquam decenter et sine omni sacerdotis nota et confusione, interrupta Missa,

« Immo, quidam DD. apud Henriquez excusant laicum ante confessum, etiam praecisa nota et scandalo, non receden- tem; eo quod is dicatur justificatus et probatus per confessionem. Quam sententiam probat Tamburinius<sup>25</sup>; potestque servire pro scrupulosis. Vide Reginal- dum<sup>26</sup>, Bonacina<sup>27</sup>, Escobar<sup>28</sup>. — [Vide dicta n. 257].

264. — « Dixi III. Et desit confessarius. Deesse autem censemur (non ut quidam volunt, si absit is cui solet et cuperet confiteri, vel cui devotius aut utilius confiteretur: neque etsi religiosus non possit nisi saeculari confiteri peccata gravia, cum aliqua infamia religionis. Amicus<sup>29</sup>, Diana<sup>30</sup>); sed in sequentibus casibus:

« 1°. Si nullus sit praesens; ad absentem vero sine magna difficultate (specie) etiam tum debilitate, aetate et negotiis personae, tum aliis circumstantiis, ut aeris, brevitatis temporis) adire non possis. — Bonacina<sup>31</sup>, ex Suarez, Coninck, etc. ».

Hinc quodcumque grave incommodum excusat. Salmant.<sup>32</sup> cum Palao, Vasquez<sup>33</sup> et aliis passim. — Excusare etiam distantiam confessarii, causa itineris duarum horarum, dicit Gobat<sup>34</sup> cum Marchant<sup>35</sup>.

Qualis dimensio citatur gravitas.

Commun., cap. 1, n. 63. — <sup>7</sup> Lib. 29, n. 105. — <sup>8</sup> Disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 17. — <sup>9</sup> Tr. 7, exam. 6, n. 84 (edit. Lugd. s. d.; a. n. 62, post init.). — <sup>10</sup> Part. 9, tr. 3, resol. 18. — <sup>11</sup> Disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 30. — <sup>12</sup> Suar., disp. 66, sect. 4, v. Ex his igitur et similibus. — Coninck, qu. 80, n. 23. — <sup>13</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 32. — Palaus, tr. 21, punct. 12, n. 6.

sacramentalis confessio interponi posse videatur. — De Vasquez vero vide supra notam c, ad num. praesentem.

263. — a) Vasquez, in 3 P., disp. 207, cap. 1, n. 3; Lugo, de Euch., disp. 14, n. 3, hoc non dicunt, quamvis a Croix, lib. 6, part. 1, n. 517, citantur; ut loquentes de eo qui contritionem elicere non potest, « quantumvis conatus sit».

264. — a) Amicus, tom. 7, disp. 26, n. 14, non loquitur de religioso; in reliquis vero concordat.

b) Juxta Vasquez, disp. 208, cap. 2, n. 9: « Haec... unica [causa] tantum esse potest, nempe impotentia eundi ad illud oppidum, proveniens aut ex defectu virium, aut ex defectu temporis necessarii pro reditu ad celebrandum».

c) Auctores isti citantur profecto a Croix uti assent. S. Alphonsus; re tamen vera Go-

Quando censemur deesse confessarius.

Si adire nequeat sine magna difficultate.

Rhodes<sup>c)</sup>, unam leucam, id est tria miliiaria; Canus<sup>c)</sup> autem ait sufficere iter quinque quadrantium. Ita apud Croix<sup>1:</sup> qui recte ait cum Aversa et Dicastillo, hoc judicandum ex circumstantiis. Unde ait Palaus<sup>2</sup> quod aliquando, spectata imbecillitate sacerdotis et brevitate temporis in quo celebrare debet, poterit excusare adhuc distantia quinquaginta passuum.

<sup>a) Ignarus linguae, carens, jurisdictione, excommunicatus.</sup>

« 2º. Si non adsit, nisi ignarus idiomas, vel carentes jurisdictione, vel excommunicatus, vel non approbatus; vel cui non possit confiteri sine gravi damno tuo vel alieno; vel si habeas peccatum tantum reservatum, nec pateat aditus ad superiorem; vel superior, semel iterumque per pium confessarium rogatus, negaverit potestatem absolvendi. Tam burinius<sup>3</sup> ex Fagundez. — Limitat autem Diana<sup>4</sup>, si absque gravi nota praetermittere non possis. Ita Silvius et alii.

« Requiritur tamen in his etiam casibus contrito et propositum confitendi. Immo, ex praeecepto Tridentini, sacerdos qui in tali casu celebravit, tenetur

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 1, num. 534. — *Aversa*, de Euch., qu. 8, sect. 6, v. *Deinde pro. Dicasi.*, tr. 4, de Euch., disp. 9, dub. 6, num. 105. — <sup>2</sup> Tract. 21, punct. 12, num. 6. — <sup>3</sup> Method. expedit. Commun., cap. 1, n. 18. — *Fagund.*, in 3 Praec. Eccl., lib. 3, cap. 9, num. 22 et seq. (edit. Lugdun. 1626). — <sup>4</sup> Part. 9, tr. 3, resol. 15. — *Silvius*, qu. 80, art. 4, qu. 2, v. 5. — *Navar.*, Man., cap. 2, n. 10. — *Fagund.*, de 3 Praec. Eccl., lib. 3, cap. 8, num. 9. — *Silvius*, loc. cit., quaer. 2. — *Diana*, part. 9, tr. 3, resol. 27

bat, tr. 3, n. 431, scribit excusare distantiam duarum horarum in itinere, totidem in reditu: saltem in hyeme ». At tr. 4, n. 242, ait de distantia duarum leucarum: « Certe saltem in hyeme, ego te non obligarem ». — Merchant, *Resolut. pastor. de Sacram.*, tr. 4, cap. 2, qu. 1, n. 2: « Unius vel duarum leucarum distantiam puto frequenter sufficere, si quis praecedenti nocte in peccatum mortale cederit, et matutino tempore oporteat celebrare ». — Rhodes, de Euch., qu. 4, sect. 1, § 2, v. *Alterum caput*: « Si leuca integra incommodissimo itinere confici deberet, ut adiri posset », tunc censem non adesse confessari copia. — Canus denique, *Select. de Poenit.*, part. 6, § *Ad tertium*, censem non habere confessari copiam, eum qui est in oppido, quod a civitate distet « tribus miliiaribus »; si vero in eadem civitate commoratur confessarius, « quamlibet longo intervallo distet, debet poenitens ad ipsum accedere ».

« prima occasione confiteri. — Quod praeceptum extendendum non videtur ad laicos, vel sacerdotes communicantes tantum; ut (contra Navarrum et Fagundez) docet Silvius, Diana et Bonacina<sup>5</sup>.

265. — Hic plures oportet Quaestiones enucleare.

Quaeritur 1º. *An qui habet peccatum reservatum, et non habet copiam confessarii habentem facultatem, teneatur confiteri apud inferiorem, ut possit communicare?*

Si iste nullum aliud mortale habeat nisi reservatum, convenient DD. non teneri ad confessionem; sed sufficere ut conteratur. Ita Lugo<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>, Palaus<sup>8</sup>, Elbel<sup>9</sup>; Suarez<sup>10</sup> cum Paludano<sup>a)</sup>, Armilla<sup>a)</sup> et Adriano<sup>a)</sup>; ac Salmant.<sup>11</sup> cum Coninck, Reginaldo et Ledesma<sup>b)</sup>. Censem tamen Lugo<sup>12</sup>; et Bonacina<sup>13</sup> cum Suarez, Coninck<sup>c)</sup>, Nuñez<sup>d)</sup> et Reginaldo, quod eo casu sacerdos, advertens se non habere contritionem, sed solam attritionem, tunc tenetur confiteri venialia quae habet, vel mortale alias

et 28. — <sup>5</sup> Disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 1, n. 37 et 40. — <sup>6</sup> De Euch., disp. 14, n. 87, i. f. — <sup>7</sup> Loc. cit., num. 31. — <sup>8</sup> Tr. 21, punct. 12, num. 6. — <sup>9</sup> Confer. 14, de Subj. Euch., n. 102. — <sup>10</sup> Disp. 66, sect. 4, v. *Quartus casus*. — <sup>11</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 36 et 37. — <sup>a)</sup> Coninck, qu. 80, n. 21. — *Regin.*, lib. 29, n. 108. — <sup>b)</sup> De Euchar., disp. 14, n. 87. — <sup>12</sup> Disp. 4, de Euchar., qu. 6, punct. 1, n. 31. — <sup>c)</sup> Suar., disp. 66, sect. 4, v. *Tertius casus*, i. f. — *Regin.*, lib. 29, num. 108.

265. — a) Auctores isti a Suarez non disserunt pro hoc casu citantur. Et addo citationem fieri a Suarez ex Armilla; apud Armillam vero reperies S. Antoninum, minime vero Adrianum.

b) Petrus de Ledesma, quamvis hic a Salmant. citatus reperiatur, silet tamen, de Euch., cap. 11, concl. 8, v. *Quaeres*, de praescienti casu.

c) Coninck non loquitur de eo qui advertit se esse dumtaxat attritum, sed absolute scribit loc. cit.: « Credet tamen etiam eo casu melius facturum, si sua peccata reservata una cum venialibus confiteretur, ut posset ab illis saltem indirecte absolvi, quia sic securior esset quod communicaret in gratia ». Idemque notant etiam Salmant.

d) Nuñez male citatur a Bonacina; scribit enim, in 3 P., qu. 80, art. 4, v. *Circa primum autem*: « Aliqui dicunt quod tenetur iste talis, si non habeat alia peccata mortalia, confiteri de venialibus, quia sic fiet de attrito

Habens peccata reservata, sed confessarium simplicem:

Si sola peccata reservata, satis est conteri.

Quid, si neque ait conteri.

confessum<sup>e)</sup>, ut sic a reservato saltem indirecte absolvatur, et in statu gratiae communicet. (Et hoc probabilis est juxta sententiam mox dicendam). — Immo docet Lugo<sup>1</sup> quod hoc poterit semper facere, etiamsi habeat contritionem, ut securius Eucharistiam recipiat.

Sed quid, si hic habeat simul mortalia reservata et non reservata?

Prima sententia negat teneri ad confessionem, et dicit posse hunc communicare, praemissa tantum contritione. Ita Vasquez<sup>2</sup>, Contin. Tournely<sup>3</sup>. Item Geronius<sup>4</sup> et Alensis<sup>5</sup>, apud Lugo<sup>6</sup>; Silvius et Richardus<sup>7</sup>, apud Diana<sup>8</sup>; item Armilla<sup>9</sup>, Praepositus, Trullench<sup>10</sup>, etc., apud Viva<sup>11</sup>. Et merito hanc probabilem vocant Suarez<sup>12</sup>; Palaus et Fillucci, apud Viva<sup>13</sup>. — Ratio, quia confessio illa apud inferiorem esset invalida; cum fieret judici non competenti, qui ob peccata reservata, quibus gravatur poenitens, caret

<sup>1</sup> Disp. 14, n. 103 et 98. — <sup>2</sup> In 3 P., qu. 91, art. 3, dub. 9, n. 9 et 22. — <sup>3</sup> De Euch., cap. 6, art. 3, concl. 4, v. *Hinc 2.* — <sup>4</sup> De Euch., disp. 14, n. 86. — <sup>5</sup> Silvius, in Suppl., qu. 20, art. 2, quaer. 3, v. *Petes quid igitur*. — <sup>6</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 104. — <sup>7</sup> Praepos., qu. 80, art. 5, dub. 3, n. 17. — <sup>8</sup> De Euch., qu. 4, art. 7, n. 6. — <sup>9</sup> Disp. 66, sect. 4, v. *Quaratus*. — <sup>10</sup> Palaus, tr. 21, punct. 12, n. 6. — <sup>11</sup> Fill., tr. 4, art. 7, n. 6. — <sup>12</sup> De Euchar., cap. 11, § 1, n. 32.

contritus, atque adeo securius accedit ad Eucharistiam; sed mihi probabilis videtur quod non sit talis obligatio, quoniam peccata venialia non obligant ad confessionem, et tunc de nullo mortali tenetur homo confiteri».

e) De peccato mortali alias confessio auctores citati non loquuntur: licet aequiparandum videatur peccatis venialibus in praesenti argumento.

f) Geronius et Alensis citantur a Lugo pro sententia quae docet teneri confiteri non reservata dumtaxat. Quod profecto plane significant auctores citati. — Alensis enim, part. 4, qu. 18, membr. 4, art. 5, § 2, resp. ad obj. ult., tenet in universum posse dividere confessionem casu quo quis habens simili peccata reservata et non reservata, confiteri confessario potestatem habenti in sola non reservata. — Et Geronius, *Opusc. super absolvendi potestatem*, i. f.; et *Serm. de Poenit. in Coena Domini*, consid. 4, § *Quaeritur de peccatis reservatis*, negat adesse obligationem confitendi reservata illi qui in eadem jurisdictione non habet.

g) Richardus a Mediavilla, in 4, dist. 17, art. 2, qu. 8, ad 2, non est ad rem, licet hic citetur a Diana.

h) Armilla, v. *Communio*, n. 28, scribit:

omni potestate super illo: unde, sicut non potest dividi absolutio ad remittendum unum peccatum sine alio, ita nec confessio.

Secunda vero sententia, probabilior et communissima, quam tenent Suarez<sup>j</sup>, Palaus<sup>k</sup>, Viva<sup>l</sup>, Concina<sup>m</sup>, Lugo<sup>n</sup> (qui communem vocat); et Salmant.<sup>o</sup> cum Coninck, Reginaldo, Ledesma et communi (ut etiam asserunt), docet hunc omnino teneri ad confessionem. — Ratio, quia, cum urgeat praeceptum divinum praemittendi confessionem communioni, debet fieri confessio saltem formaliter integra, si non possit fieri integra materialiter.

Quaeritur 2º. *An hic, praemittendo confessionem, teneatur confiteri tam mortalia non reservata quam reservata?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Suarez<sup>14</sup>, Viva<sup>15</sup>, Concina<sup>16</sup>, Bonacina<sup>k</sup>; et Salmant.<sup>l</sup>, cum Filluccio<sup>l</sup>, Nuñez<sup>m</sup>, Soto<sup>n</sup>; et hanc esse satis

Probabilis tenuitur.

Et, juxta alios, confiteri reservata et non reservata.

cap. 8, n. 213. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 6, i. f. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>10</sup> Loc. cit., num. 6. — <sup>11</sup> De Euch., cap. 11, § 1, n. 32. — <sup>12</sup> De Euchar., disp. 14, n. 87. — <sup>13</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 36. — <sup>14</sup> Contin., qu. 80, n. 21. — <sup>15</sup> Regin., lib. 29, n. 108. — <sup>16</sup> Petr. de Ledesma, de Euch., cap. 11, concl. 8, v. *Quaeres*. — <sup>17</sup> Disp. 66, sect. 4, v. *Quaratus*. — <sup>18</sup> De Euchar., qu. 4, art. 7, n. 6. — <sup>19</sup> De Euchar., cap. 11, § 1, n. 32.

• Imminente communione paschali, si aliquis vult communicare, et habet casum reservatum superiori, ad quem non potest pro tunc accedere, potest communicare contritus vel ratione scandali vel infamiae ».

i) Trullench, *de Sacram.*, lib. 4, cap. 10, dub. 8, n. 5, perperam citatur a Viva; oppositum enim expresse docet, dicens illum « teneri... confiteri peccata non reservata, et etiam reservata, habentia etiam excommunicacionem ».

j) Suarez, disp. 66, sect. 4, v. *Quaratus*, dicit: « Videtur teneri ad confessionem praemittendam ». Quod explicat de confessione tum reservatorum tum non reservatorum; denique enuntiata sua sententia, sic concludit: « Securior est, et omnino consulenda, et in rigore videtur probabilior ».

k) Bonacina, qu. 6, punct. 1, n. 31, dicit solum praemittendam esse confessionem: at de *Poenit.*, qu. 7, punct. 5, § 3, n. 8, dicit « posse » confiteri tum reservata tum non reservata.

l) Salmant., loc. cit., n. 36; Fillucci, loc. cit., n. 213, ita tenent ut securius et consulendum.

m) Nuñez, in *addit. ad 3 P.*, qu. 9, art. 2, part. 2, dub. 3; Sotus, in 4, dist. 18, qu. 2,

communem fatetur Lugo<sup>1</sup>. Nullam tamen praefati auctores rationem pro hac sententia praebent. Sed videtur haec assignari posse, nempe, quia confessarius debet agnoscere totam poenitentis conscientiam, ut debitum formet judicium an ille sit capax absolutionis vel non, forte quia est recidivus in reservatis.

*Secunda* vero sententia, non minus probabilis, immo forte probabilius, negat hunc teneri per se ad confessionem reservatorum. Et hanc tenent Palaus<sup>2</sup>, Elbel<sup>3</sup>; item Gersonius<sup>4</sup>, Alensis<sup>5</sup>, Castropalaus, apud Lugo<sup>6</sup>: qui probabilem censem cum Majore, Petro Soto, S. Antonino<sup>7</sup>, Ledesma<sup>8</sup> et Salas<sup>9</sup>. — Ratio: tum quia alias hic teneretur bis peccata illa reservata confiteri, primo inferiori, deinceps superiori; tum quia, ut supra dictum est, nulla videtur esse obligatio confidendi peccata illa, super quibus confessarius nequit esse judex, cum nullam super eis jurisdictionem habeat. — Dixi: *per se*. Non dubito enim quin talis poenitens aliquando, puta (ut diximus) si sit recidivus in reservatis, vel in occasione proxima recidendi, teneatur etiam reservata inferiori aperire, ut confessarius de-

Forte probabilius, sola non reservata.

Quandoque per accidens, etiam reservata.

<sup>1</sup> Disp. 14, n. 87. — <sup>2</sup> Tr. 21, punct. 12, num. 6. — <sup>3</sup> Confer. 14, de Subj. Euch., n. 102. — <sup>4</sup> Castropal., tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 6, n. 2 et 4. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 86. — <sup>6</sup> Major, in 4, dist. 17, qu. 5, § *Contra istud arguitur*. — <sup>7</sup> Petr. de Soto, de Confess., lect. 10, v. *Secundo*. — <sup>8</sup> Sotus, in 4, dist. 12,

sua dispositione recte possit judicare. Sed hoc esset quidem per accidens, non autem per se, sive ex obligatione integratis confessionis; cum eo casu bene sufficiat integritas formalis.

Quaeritur 3<sup>o</sup>. *Quid, si poenitens habeat excommunicationem reservatam?*

Alii, ut Sotus, Silvester<sup>10</sup>, Covarruvias<sup>11</sup> et Rosella<sup>12</sup>, apud Lugo<sup>5</sup>, dicunt hunc extra mortis articulum nunquam posse communicare. — Sed communiter contradicunt Suarez<sup>13</sup>, Lugo<sup>14</sup> et Coninck<sup>15</sup>; ac recte censem eum bene posse Eucharistiam recipere, urgente scandalo vel nota infamiae. Ratio, quia praeceptum Ecclesiae prohibens excommunicatis suscipere sacramenta, non obligat concurrente pracepto naturali vitandi scandalum, vel non obligat cum tanto incommode perfendi infamiam.

Sed Dubium superest: *An excommunicatus possit tunc confiteri non habenti facultatem super excommunicationem?*

*Prima* sententia negat. Et hanc tenent Vasquez<sup>16</sup> et Silvius, apud Lugo<sup>17</sup>; item Sotus<sup>18</sup>, Canus<sup>19</sup> et Ledesma<sup>20</sup>, apud Suarez<sup>21</sup>. Ac probabilem putant Lugo<sup>22</sup>, Salmant.<sup>23</sup>; et Diana<sup>24</sup> cum Paludano<sup>25</sup>, S. An-

